Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

etiam in referente priori loco uocatae, tenentur, scripsit Cacheran: Pedemon: de decis: 23. n. 41. & n. 39.

Neq; huc pertinet quod Jas: scribit post alios in L. ait praetor §. si Judex: n. 4. & seq. ff. de re Jud: uidelicet, quando sit data certa forma exprimendi aliquid, tunc non sufficere id per relationem ad aliud esse expressum, ut si ab interlocutoria appellatur & relatio solum fieret, quo ad gravamina solum in actis contenta, nec quod, Decius dicit in c. consuluit. 2. ext: de appellat. de hac re aliquid in specie tradidisse, sed in c. quoniam contra n. 205. Ext: de probat. idem de appellatione ab Interlocutoria & gravaminum eius expressione scripsisse inuenimus. Nec etiam quicquam aduersatur, quod dicitur generalem relationem non pertinere ad ea, quae sunt contra propriam feudi naturam, per Grauet: d. cons. pro genero suo. n. 318. & per not. ibi. n. 357. & Burs: cons. 131. n. 85.

fo. 15

Nam Grauet. d. n. 318. non loquitur de huiusmodi relatione, qua in uno instrumento ad aliud fit relatio, & quidem in concessione